

1. De Capitulatione perpetua. P. Wildvogel.
2. De Negotiis capitulatione Cesar. annullatis. P. Fryck.
3. De Donationibus Principum Imperii. P. Favinski.
4. De Iudiciorum Accollarium praerogativis. P. Berger.
5. De Rege Romanorum. P. Lyncker.
6. De Comitiis Principibus. P. Linckie.
7. De Incrementis urbium Germanicatur. P. Brunnemann.
8. De S. Cas. Maj. et Imperii Iudicio otulico. P. Mauriti.
9. De Collectis et Contributionibus Imperii et Provinciarum. P. Godesig.
10. De Regali Metallisodinaria in Jure. P. Horn.
11. De Comitis S. R. I. Electoralibz. P. Citter.
12. De Iuribz Augustae competentibus. P. Arentz.
13. De Iure Octoverus. P. Lyncker.
14. De Exemptionibus Imperii. P. Burchard.
15. De Religione Obsequiis. P. Lyncker.
16. De Iure Papali Principum Evangelicorum. P. Fryck.
17. Vindiciae Pacificationis Inhabucensis et Monasteriensis contra
Procturum Papam X. Aut. Egidio de Montesperato.
18. De Aedificio Praetorii. Nobilis. P. Müller.
19. De Diffidationibz. P. Schwendendorff.
20. De Conrado I. P. Luedewig.
21. De Conrado III. P. Arnold Hehr. de Treskow.
22. Paradoxa Iuris Maxime Publici. P. Luedewig.
23. Trauio supremo Imperio vindicta contra. Calvanum et Puteanum
totobetores Galos. P. Luedewig.
24. De Iure Postarum Hereditario. P. Luedewig.
25. Egitum Sextonicorum Iura Singulare. P. Losser.
26. De Certamine praefantiae inter Regum electorum et successori.
P. Thomasig.

76.53. 22

Q. D. B. V.

PARADOXA IVRIS, MAXIME PVBLICI,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPÆ,
DNO PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPÆ PORVSSIAE,
REGIS SUPREMO CASTRORVM PRAEFECTO
ET HVIVS DVCATVS VICARIO,

DIRIGENTE INSTITVTVM
IOAN. PETRO Sudewig
POTENTISS. PORVSSIAE REGIS CONSIL. IVRIS PROF.
ORDIN. ET ARCHIVARIO HVIVS DVCATVS,
PATRONO AC PRAECEPTORE SVO, OMNI HONORIS
CVLTV DEVENERANDO

RESPONDEBIT
IOAN. PHILIPP. SEYBERTH,
NASSOVIVS.

AD D.

MART. c^{is} 1000

HALAE VENEDORVM
TYPIS JOH. IAC. KREBSII, ACAD. TYPOGRAPH.

(22)

PARADOXA
VARIS MAXIME
PABLIC

DIO PHILIPPO ALHEDIO
TITUS AVITIUS CICERO LIVELLO
ET HABITATUR ADO

DIUQENIA ET MULIERIA
TOMA Q. TITIUS
ORDINIS ET ARCHIACRIBUS DUCATAS
BITIONIO AC PRACTICIS OSA OMNI HONORIS
CARTA PRACTICARUM

JOAN. SCHNITZ REIPUBLICA
CARTA PRACTICARUM

AD. 1600. 1600. 1600.

TITUS REIPUBLICA



S. I.

 Leum, dicerem & operam
me perdidisse, si post tantos labores,
in eruendis publicis imperii iuribus
adhibitos, nihil saperem, nisi quod in
libris suis ante me adposuerunt do-
ctores ueterani. Nauseat pridem stomachus meus
cibos recoctos. Dabo igitur, quae non aliunde pe-
tita sunt, sed quae haec tenus mihi uideor debere.

§. II. Principium iuris publici adaequatum leges
non esse; sed consuetudinem & obseruantiam im-
perii, hodie prudentiores omnes largiuntur. Unde
uero consuetudo colligenda? In eo sibi non con-
stant doctores. Omnes enim ad Carolingica tem-
pora dilabuntur. Ego hunc errorem pestilentissi-
mum habeo, omni ratione auditoribus meis cauen-
dum. Carolingica aetas praesumptionem imperii

A

abs-

¶ (2) ¶

absoluti ficit. Armis id conditum fuit. Duces & comites illi officiales fuerunt. Post Carolingos aliquam formam induit Germania. Non absoluta exinde regis potestas: sed admodum restricta. Nihil habuit rex, quod libera ordinum uoluntate non accepit. Retinuerunt ordines sibi, quantum uoluppe fuit. Pro horum ergo potestate nunc praesumendum. Quia nemo suum iactare praesumitur. Si quod ius urget rex Germaniae, onus probandi in se habet. Absoluuntur ordines, si in probando succubit auctor. Ducum & principum nomina non ministeria nunc sunt: uerum singularis reipublicae sustentacula.

§. III. Si haec miscere inuicem & confunderelicit; hodie ius publicum docebo pro libertate ordinum! perendie aliud condam pro aura Caesaris. Sed hoc est calatum uenalem circumferre ad sensus principum, non ad rerum ueritatem.

§. IV. Facilius tolero doctores historiae prorsus ignaros, quam illos, qui eam male docti sunt. Facilius tolero, qui principium juris publici uel in legibus Romanis; uel in iure Longobardico; uel in politica

¶ (3) 50

litica Aristotelis; uel in auctoritate ita sententium;
uel etiam in solis legibus imperii reponunt: quam
illos, qui tempora confundunt consuetudinum im-
perii uel ea, quae per uim, tyrannide Henricorum &
Fridericorum, accidere, obtorto collo huc trahere
solent. Lex etiam Germanis scripta: non quid Ro-
mae fiat, sed quid fieridebeat.

§. V. Imperator hodie plus iuris habet, quam ab
octo seculis non habuit in Germania. Qui eius
potestatem legibus imperii accusam & diminutam
esse, conqueruntur, sanctionibus nostris iniuriam fa-
ciunt. Apud quem olim boni mores ualere de-
buerunt: nunc bonae leges ualeant. Qui tem-
pora interregni hic incusant, illi parum absunt, quin
iura principum inter publica spolia referant & con-
silio nullo & nulla ratione.

§. VI. Imperator belli, pacis, foederum, legum
proscriptionum, fisci, collectarum, uectigalium, ue-
nationum ceteraque iura nullo tempore habuit: ha-
buit tamen omnia ea, qua dux. Illud Germaniam
respicit: hoc domanium Caesaris, prouincias, Rhe-
no uicinas. Ibi imperatorem egit: hic duceni &

(4) 50

& dominum territoriale. Iterum haec confundunt doctores. In rheno fluvio cum uectigalia concessisse Caesarem uideant; illico arguunt, ergo ius uectigalia concedendi is habuit per uniuersam Germaniam. Fallacia est a dicto secundum quid ad id, quod dictum simpliciter. Habet haec iura imperator non in sensu reduplicatio: sed specificatio. Liceat breui esse, calamo Logico-
rum.

§. VII. Domanium Caesaris multi peruerso ordine quaesuerunt: nemo eorum scopum attigit ueritati propositum. Rhenanae prouinciae hic in medium producenda sunt. Ubi Palatinus Caesaris officialem egit: non ducem uel dominum territoriale. Nihil ergo extimescite principes imperii a processu domaniali, si fas esset, Caesarem illum olim meditari. Vos uero sacri antistites, qui Rheno uicini agitis, a uocabulo hoc uobis timete. Nihil uos fartos praefstat, quam superstitioni amica religio. Wenceslaus in uos minas domanii fibrauit. Solertia uestra est, quod illum principem furoris & insaniae accusaueritis, quem ego hoc casu retule-
rim

(5) 5

rim inter prudentissimos. Vedit ille naeuos & spoliatores imperii. Conquestus est impunia manere haec crimina. In utroque ne latum unguem prosecit. Dereliquit igitur paupertatem imperii. Cachinno id excepit, cum uos cum imperio destitueretis. Metaphysici doctores Pragae illi hos canones suggesserunt : priuatio presupponit habitum; non entis nullae sunt affectiones.

§. VIII. Alia facies Italiae. Absolutum imperium habuit Caesar trans alpes, in ditione bello acquisita. Italis nulla iniuria fit, si ius publicum petatur e codice Iustinianeo & ultimis eius libris. Bartholus ergo Baldus, Durandus, Imola centum doctores alii non erroris arguendisunt, quod principia publici iuris habuerint decreta Romanorum. Majorum uero nostrorum in Germania stultitia accusanda est, & stupiditas, quod peregrina iura sua ere publicae obtruserint, a quo patriam nostram quis tempore constat prorsus abfuisse. Utinam conscriberet idoneus doctor iuspublicum Italiae: quod ego adhuc desidero. Gratiam, quisquis esset, a Cæsare is reportaret hoc maxime tempore, ubi Iosephius

A' 3'

Cæs.



• 6 (6) 50

Caesar tantum animi ostendit pro iure Augusti in Italiam, proque internoscendo discrimine sacerdotii & imperii.

§. IX. Miror ex eadem causa, nostros Germanos authenticas in codice; decreta iuris feudalium Fridericorum, Cunradi, Lotharii: aliorumque laciarias Italicas in uoluminibus Goldasti uenerari, quod legislatores habeant Caesares. Italis, scite, non Germanis data haec sunt &, si uestris ciuibus illi dissent imperatores, uim reipublicae uestrae attulissent. Uos nullae constitutiones uinciunt, nisi quae in comitiis sancitae sunt uestrae gentis.

§. X. Ius feudale in Germania haud quaquam natum est: a Germanis autem foetus exclusus est in Longobardis. Ius feudale militare est. Nullo autem tempore Germania in praedam hostis concessit, ut regiones militibus distribuerentur. Cesit autem in praedam Longobardia Romanis; Gothis; Herulis; Longobardis; Francis; recentioribus Germanis: ut facile ad credendum sit, si gentes singulae minimam tantum regionis deuictae partem militibus distribuerint; eam uicibus toties repetitis
demum

demum uniuersam militibus obuenisse. Nos ue-
 ro Germani militaria cur non reliquimus militibus?
 Caesarum fraudes hic regnarunt. Militare enim
 imperium, quod in Italia tenuerunt, etiam obtrusere
 principibus Germanis. Hi uero cur inquis Caesa-
 rum conatibus non restiterunt? Aliis ignorantia
 obfuit, aliis uiolentia & metus; multi spe illa de-
 cepti sunt, ut iugum peregrinae legis sibi a Caesare
 impositum iterum iniicerent humeris suorum sub-
 ditorum, quos dicimus subuasallos. Artes has Fri-
 dericis tribuo; ante quae tempora feudalia iura ne-
 sciuit Germania: uti Holsatia hodienum nescit.
 Docebo haec per singulas olim prouincias Germa-
 niae sigillatim. Qua ueritate cognita, feudorum
 controuersias felicius decidemus: cum eius gene-
 ris litibus nunc nihil difficilius sit, nihil lubricum ma-
 gis, & pro regionum & doctorum diuersitate, ua-
 riuum plane diuersumque. Sed an principibus inde
 commoda? quod pro subditis nobilibus nunc ha-
 beant uasallos. Nulla dico, hoc praesertim tem-
 pore, ubi tanta principum in collectarum iure li-
 bertas, quod olim non fuerat. Vasallos hac qui-
 dem

dem causa a principe inde exemptos esse, falsum est: sed illi pristini iuris tenaces fuere, reliquis minorum gentium subditis succumbentibus. Non ergo sapientissimi alicuius in Germania principis consilium malum est, quo meditatur, omnia feuda in allodia commutare aut pristinam praediis nobilium formam restituere. Quod si diuinatorem agere, fas sit; illud eueniet, ut professores iuris feudalis ex Germania trans alpes iterum relegentur. Sed religio est, plura de his arcanis diuulgare. Interim nihil facilius est, systemata condere iuris feudalis e mille uoluminibus Italorum: difficilius nihil, qui mores Germanis sint, certa norma complecti. Germanis satisfacere uoluit Iterus, qui tamen arduo instituto par esse non potuit.

§. XI. De Caesaris aut potius imperii domanio actum superius. Quid de domanio principum Imperii? Ignorantiam suam produnt, qui illa negant ducibus, nam his partem regionis ad uitium & cultum a republica adsignatam esse, indubia fide scimus ex literariis monumentis. Produnt etiam ignorantiam, qui in dubium id uocant in comitibus.

Nam

48 (9.) 50

Nam his salarii instar fuit pars fundi comitatus
Prorsus autem insaniunt, qui idem negant episco-
pis. Hi enim, cum nihil proprietatis iure posside-
ant, sed usufructuarii sint eorum, quae ad cul-
tum & uictum illis tributa sunt, faciliorem longe
doctrinam habent in afferendis domaniis. Quod
autem non nemo putet, tantum adparatum non
ferre sacerdotibus commendatam sobrietatem. In
eo is pulchre se decipit. A temporibus Ottonis
magni episcopatibus territoria accesserunt, ut prin-
cipatibus aliis, qui audiunt seculares. Inde nihil
miror, in tabulario nostro diplomata frequentissi-
ma reperiri, in quibus **Magdeburgicus** antistes a
Caesare salutatur: Germaniae primas & nostri ac
imperii princeps: in quibus etiam bonorum men-
saliū archiepiscopis sedula fit mentio. Quare quod
Leodiensis curia usu longinquō habet optimo iure
noster archiepiscopus se olim etiam adpellare po-
tuisset prinzen uon **Magdeburg**. Neque tamen
negauerit quis, principes imperii etiam allodia pos-
sedisse. Haec uero si internosci nequeunt, quae lo!
quid praesumendum? Domanialia praesumere u.

B.

Quia



¶ (10) ¶

Quia prae sumptio fit a potiori: fit etiam a certiori iure. Nam omnes principes domania habuere: non uero omnes allodia, exemplo illorum, qui aliunde in principatum uocati sunt. Maxime autem tum alienata esse domania credendum est, si principi, quod super est, non sufficit ad uictum ac cultum. Hoc itinere itum est in Pomeraniae & Cliviae ditionibus, quas rationes cum nuperus scriptor lugilauerit, nos eas in hac arena tuebimur:

§. XII.. Sex prouincias Germaniae non data aut beneficiata, ita enim loquuntur, sed oblata feuda esse, ante me plures dixerunt.. Reponunt plerique, haec uero nil hodie facere ad rem? Antiquorum enim ducum profapia extincta, ditiones has imperio apertas, atque a Caesare nouis post familiis datas esse in clientelam seu beneficium.. Unde exulent hodie feuda oblata in Germanis.. Verum enim uero, quondam Caesari aut imperio prouincias apertas fuisse, nego: pernego etiam ab iisdem concessas fuisse aliis.. Is scilicet ordo iurium erat patriae.. Exarescente familia ducis, summa rerum rediit ad ordines prouinciales.. Horum erat alium
cli-

(n) 50

eligeret, quem confirmaret antiquo ritu imperator. Habeo grauissimac narrationis idoneum testem. Adiit olim Caesarem quidam Germanus, duce ua-
cuefacta Boioaria. Petit, ut ducem faceret Boioariac. Huic quid imperator? Abi ad Boios, &, si his uide-
bitur, redi. Boii sibi ducem dant, confirmat Cae-
sar, quem dederunt. Habes itaque etiam nunc feu-
da oblata. Quantum potuerit sequiori aeuo ty-
rannis imperatorum, id ordinem iuris antiqui non
mutat. Quod non habuit Caesar, dare non potuit.
Neque aliter dedit, si quidem dedit, quam rationes
& iura patiebantur peculiaris republicae.

§. XIII. Qui in prouinciis, quas dicimus, me-
diatis nobilitatem territorii iuribus ducum subfuisse,
negant, illi uiam sternunt consiliatoribus Grumba-
chianis. Improbè adsertor! Duces prouinciis uniuer-
sis dominatis sunt, ergo & nobilibus. Seruierunt nobi-
les ducibus suis, quoties hi uel in militia id iusserant
uel in ceremoniis aut in decoro aularum. Qui inter
melioris ordinis nobiles fuerunt, illi satellites ducis,
domini sui facti: sie musten bey solennen Auffzü-
gen seine Lieberey tragen. Alia facies in prouin-

¶ (12) ¶

ciis uel principio immediatis uel post orbatis duce territorii. In isto numero Francos Rheno uicinos habes: in hoc Sueuos. Absonum est, quod de Alsatia aduersus, ubi Landgrauius comes fuit, non dux: idque in Alsatia tantum, non Alsatiae uniuersae. Aperi oculos adstero glaucomate.

§. XIV. Feuda, dignitatem annexam habentia indiuidua esse, praelumuntur; de comitatu etiam esse praesumitur, quod est in comitatu. In hoc censu oppidum habeo, memoriae, ut aiunt, Wittekindi sacrum. Uniuersus autem comitatus inser: tus est principatui Magdeburgico, nulla eius parte excepta.

§. XV. Doctores, qui ciuitatem Halensem liberam eamque inter imperii ordines habent numerantque, rebellium quondam ciuium contra sacrum antistitem partes souent. Sed argumentis nituntur sutilibus & pridem rectius sentientium iudicio explosis. In rebus antiquis omne punctum dandum est prae: sumtionibus. Hae uero an pro libertate aut im: mediate, quod dicunt, urbis? Minime. Audi Ottонем magnum. Donamus ecclesiae Mag- debur-

(13) 26

deburgicae castrum Gibichenstein cum Salsugine eius & aquis salsis. Fundus itaque archiepiscopatus est donatus: sed ciuitas, quae post demum condita fuit, solo siue fundo cessit. Habet Halam, in territorio enatam principatus Magdeburgici. Argumenta in partem aduersam nullius plane momenti sunt. Primo falsum est, archiepiscopum a Burggrauio demum acquisiuisse iurisdictionem secularis in urbe. Nam Burggrauius mandatarius fuit archiepiscopi & subuassallus archiepiscopatus. Clara sunt diplomata Ottonis maximi. Dat enim archiepiscopo libertatem, iurisdictionem secularis exercendi per aduocatum (Burggrauium) quem NB. ipse elegerit. Ergo non proprio iure, non sua auctoritate ius dixit Burggrauius: uerum iure & auctoritate mandantis episcopi. Mutationes, quae postea secutae sunt, huc non pertinent. Deinde falsum est, archiepiscopum a Burggrauio bannum imperiale acquisiuisse. Hoc enim Otto conditor principio statim dedit ecclesiae. Verba sunt: pro incolumitate, regni & imperii nostri bannum ecclesiae & Sto Mauritio offerimus. Congruit uero

44 (14) 50

eo male exercitium huius iuris, ut tum uidebatur,
innocentiae sacerdotis. Haec causa fuit, quare ad-
ministratio banni Burggrauio demandaretur. Post
aiunt episcopos ciuitatum superintendentes esse,
~~non dominos.~~ Tu uero distingue inter episcopatum
in territorio ciuitatis natum, quod uniuersim dicen-
dum de aetate Carolingorum & inter ciuitatem na-
tam in territorio episcopi, quod in nostro casu fa-
ctum. Regula juris in illo genere uera est: falsissi-
ma uero in hoc. Praeterea Halam ad imperii comi-
tia uocatam esse, urges. Ego uero illum, qui hoc
probet, ignoro, neque adeo facilem me habebis, ut
temere hic credam doctori, partium studiis & pa-
triae amore in deuia lapso. Sit tamen, num id pu-
blica statim imperii auctoritate est factum, auditio
archiepiscopo: an uero rebellium ciuium conatu,
uulgi sermone per sub & obreptionem? Si mihi
res esset cum uiro, meis doctrinis enutrito, dicerem,
olim mediatas quoque ciuitates in comitiis me of-
fendisse. Sed recondito hoc dogmate non esto-
pus. Fabulam haec tenus habeo & anile figmen-
tum, Halam ullo tempore egisse in imperii comi-
tiis.

(15) 50

tiis. Demum, absque intermedio principe, Halam
tributa siue collectas imperio soluisse, instant. Is
uero haud quaquam character est status immediati:
quod ante me ab aliis expeditum. Causam uis?
Dabo. Archiepiscopi id indulgentia factum: qui o-
nus subterfugere uoluit in extorquendis collectis a
licentiosa & effreni ciuitate. Utinam tamen & hic
testes produxisses. Fallunt fidem, quam fecisti in
locis Panuinii, Limnaei, Goldasti. Fabulatores ex
Münstero, qualis ipse Knipschildius, ego quidem
nauci aestimo. Horum enim doctrinis Berolinum
quoque est ciuitas immediata imperii. Tandem
Caesarum priuilegia ueneraris, ut urbem habeas
immediatam. Actum uero agerem, si scrupulum
remouerem, ab aliis exemptum, priuilegia a Caesari-
bus accepisse quoque ciuitates mediatas. Quid
uero, quod ultimum est, ad responsum hominis Itali,
Francisci de Barca, quod dedit pro recuperanda Ha-
lensis immedietate, uenia sit uerbo? Is certe, si ho-
die daret, malam crucem mereretur, dignam tubi-
cine hominum perduellum. Sed Italus ille **cautior**
te fuit, suboluit enim mendacia militis quaerentis.

Ideo



46 (16) 50

Ideo principio statim ait: posito pro constanti, non
concesso, ciuitatem Halensem esse francam. Et uero
quid miser iste Italus in responso iuris publici, sibi
peregrini? Hoc unicum potuit, ut otiosa uerba pro
momentosis nummis daret & stultitiam quaerentis
si non excuteret, eluderet tamen falleretque. Desi-
ne ergo leuare calamitatem tuorum, quasi horum
ceruicibus praeter ius & fas iugum quidem serui-
tutis impositum fuerit ab archiepiscopis: quod
tamen leue reddat mitissimum imperium aquilae
Porussicae. Suavia somnia narras & fabulas fin-
gis, peior Aesopo. Ex his enim ciues non ad uir-
tutem; sed hostes patriae hinc proficere possunt
ad auram hauriendam popularem. Ingenui potius
uiri officium in eo uersari, existimo, ut ciuibus in
memoriam reuocet inuidenda priuilegia, quae o-
mni fere aeuo debuerunt largitoribus archiepisco-
pis. Tu uero neque ad sensus docuisti, neque ad
ueritatem.

s. XVI. Halam Hermundurorum, siue, quod
mallem, Venedorum rectius ab aliis ciuitatibus in-
ternosci, quam Halam Saxonicam. Sugillat do-
gma.

48 (17)

Sugillat dogma meum oculatus, ut sibi audie, doct^r. Praeter rem. Halae dominos quondam Her-
munduros, post Venedos fuisse, ipse largitur. Qui
Venedorum prouinciae princeps & caput est, eum
etiamnunc Halam sub sua ditione habere, perduel-
lis esset, qui iret inficias. Cognomen igitur Halae
dandum uel principis causa, uel incolarum ergo,
uel denique propter nomen ac situm territorii. Ter-
geminae rationes militant in castris Venedorum.
Principi Venedorum nunc paret Hala, ut paruit o-
lim: Venedos non expulit illa moenibus suis, sed
fouet in iisdem hodieque in salinis, quibus Hala i-
psum nomen debet ortumque: territorio etiam-
nunc uel Thuringiae nomen est, quod Knipschildi-
um mouet, ut Halam Thuringiae diceret, uel Ven-
diae, quod rerum gnaris patet. Tu uero quid in
haec dicis. Primo Halam in circulo Saxonico com-
prehendi: ergo Saxoniam dicendam. Egregia
consecutio: Pomerania, Meklenburg, Gotha, &
his uicina loca circulo Saxonico adnumerata sunt,
ergo loca sunt Saxonica. Deinde Saxonum armis
Halam Venedis ereptam esse, ergo Saxonicum no-

C.

men



¶ (18) 90

men meteri. Sed Misnia quoque ab iisdem sub iugata est, quis uero scribere ueretur, Freiberg in Meissen. Thuringia Saxonum imperia subiit: quae tamen nullo tempore amisit uerbum Thuringiae. Post, scultetum Halensem nonnisi Saxonem eligendum. Quid uero, si uestris cum principe conueniret de alio sculteto non eligendo, quam patria Berolinensi, num ideo Hala Berolinensis dicenda. Praeterea Saxones incolas, urbem efficere Saxoniam. Ergo Galli uel Franci Rheno uicini, qui hanc urbem tanto hodie numero incolunt, Halam cognominabunt uel Gallicam uel Francicam. Halam demum, ante incultam fere, Saxones, ait, coluisse. Cur uero Erlanga, apud Baruthinos sumtibus Gallorum condita, non eximitur numero ac nomine urbi Franconiarum. Ceterum non adeo difficilem haberes in nomine, cum litigatores non amem uerbales: sed stomachum mouet, tibi adeo dulcem Saxonici nominis memoriam esse, ut nolis adstupescere calamum tuum stylo, in curia principis tui usitato.

§. XVII. Disputant hodie, quare Misniac Mar-

chio

chis suffragium non habeat in comitiis imperii. Alii
id nullo eum tempore habuisse, existimant, quod
iuris ille Slauici: alii marchionem suffragium Mis-
nense neglexisse, putant, ex quo factus fuerit Saxo-
niae elector. Quod tamen hodieque repetere
posfit, cum ea, quae merae facultatis sint, nullo tem-
pore praescribantur. Utique male. Illi, quod Mis-
niae marchionem per quinque secula comitiis in-
tersuisse suffragatorem, nemini ex historia posit
esse ignotum. Hi uero, quod, idem iuris olim fa-
isse, quam hodie ea in re sit, cum schola doctorum
communi errent. Scilicet suffragia quondam in
comitiis non, quod hodie fit, aucta sunr principi cum
plurium principatum accessu. Inde Fridericus
bellicosus, quamuis Marchiae huius simul & Thu-
ringiae atque Saxonici electoratus dominus fu-
isset: suffragium tamen non nisi unicum habuit in
comitiis, neque plura habere, tum fas fuerat. Inde
est, quod Austriae archidux idemque Styriae, Carin-
thiae, Carniolae, Sueviae dux ac princeps, non nisi
semel suffragium tulerit aut ferat hodieque. Ea-
dem prorsus ratione, qua etiam nunc in comitiis

prouincialibus septem aut plurium praediorum
Dominus, non septies ideo sententiam fert aut plu-
 ries, quam dominus fundi unius. **Contra** si unicus
 principatus (fundus) ter aut pluries inter principes
 (dominos) diuisus fuerat, totidem principes (domi-
 ni) toties quoque suffragia olim tulere in comitiis
 imperii (prouinciae). Inde nihil mirum est, Boio-
 riae causa, unius ducatus, quatuor saepe aut quin-
 que suffragia dicta fuisse in comitiis; quo tempore
 scilicet in totidem partes is fuerat distributus. Exa-
 rescentibus uero aliis lineis, ducatuque sub impe-
 riū unius iterum reducto, non nisi unicum reman-
 fit suffragium, reliquae cum lineis iterum expira-
 runt. Inde Boioariam unicum uotum, liceat sic
 cum uulgo loqui, nunc habere, quae olim quatuor
 habuerat, ut manifestum est, ita nullo modo ini-
 quum. Conuerso iuris ordine aliquot abhinc se-
 culis utimur in comitiis. Nunc enim numero prin-
 cipatum aucto, augmentur quoque in comitiis suf-
 fragia. Sed unde quaeſo haec iurium metamor-
 phosis? Dicam. Olim in comitiis uota ordinum
 non numerata fuere; sed aestimata pro sanioria ut-

po-

(21)50

potentiori parte. Inde parum intererat, unum principem decies sententiam ferre, uel semel. Non enim quantitas ualuerat: sed qualitas, robur, prudentia auctoritasque uota dicentium. Quare uniuersae Boioariae dominus unico etiam uoto tantum potuit: quantum olim quadripartitae Boioariae quatuor principes suffragatores. Alia longe facies rerum, ex quo tempore calculi numerati sunt, ut omne iam momentum in quantitate ac multitudine eorum reponeretur. Ex quibus causis eundum demum fuerat in mores alios. Primo comitum; praelatorum; abbatum uota non sigillatim numerata: sed per intergras curias. Ne unius praedioli domicellus tantum posset in negotiis imperii, quantum amplissimi territorii dux. Deinde pro territoriorum numero augeri quoque coepit numerus uotorum, quamuis principis unius. Aequissimum enim est, ut in regenda societate potior sit, qui potior est in illa conseruanda. Inde controuersiis innumeris, quae in imperio fieri solent de modo collectarum, de suffragiorum in comitiis numero, optima forte ratione consuleretur, si ordinum suffragia

eorumque auctoritas & numerus proportione geometrica exigerentur ad matriculam. Ut quo aliquis pondus maius adderet fisco imperii; eo etiam maior polleret in comitiis auctoritate. Tum distinctio enata inter immedietatem personae & territorii. Quod olim non fuerat, ubi etiam mediati ordines locum habuere in comitiis & personae maior ratio fuerat, quam praedii aut fundi. Post controuerti coepit inter ordines, utrum illi, qui plurium principatum iam olim domini fuerant, ubi uota nondum numerata, sed aestimata fuere, iam, intuitu quoque illorum, noua in comitiis sibi possent adserere. Demum in classes distribui cooperunt comites der gefürsteten Grauen und Aebte, und derer die schlechter dinges Grauen und Aepte waren. Aut quod idem est illorum, qui uota singularia haberent in subsellio principum & illorum, qui tantum curiata. Neque enim alia ulla differentia inter utrumque hoc genus optimatum se ostendit: neque alia res distinctioni huic causam dedit, quam suffragiorum ratio ad pluralitatem siue maiorem numerum exacta. Aliis itaque

44 (23) 5

itaque moribus cum olim Germania uixerit, quam
hodie uiuat, non puto uel Saxonem, uel Wur-
tenbergicum uel Monasterensem idonea iuris ar-
gumenta habere, antiquorum principatum suffra-
gia ex uetusitate repetere & sibi iure quodam post-
liminii vindicare. Ut enim nullae leges; ita con-
suetudines quoque nullae prosunt casibus praete-
ritis, quamuis futuris prosint. Hoc enim si inte-
grum esset, sponsor sum, me centum suffragia ex
orco uetus statis in gratiam diuersorum principum
nullo negotio reuocaturum esse, ut adfessoribus
comitiorum cura incumbat, de ampliori atrio co-
gitandi, quod tot nouis pateat adfessoribus.

§. XIX. Neque dum expedita lis est, utrum
praecedentiae iura in comitiis stabiliat gentis digni-
tas, an territorii? Ego rem ita definio, ut prius ad-
firmem & omnia euon negem posterius. Simeren-
sis, Bipontina, Veldentina quondam suffragia in co-
mitiis tantum non infima loca meruerunt: quae
omni iure suprema ex eo tempore tenent, ex quo
regiones istae obuenere Archipalatinis. Quis
Coburgensem dynastiam aut Vinariensem comi-
tatum,

107 (24) 94

ratum, quales olim fuerant, loco anteferret antiquis Germaniae ducatibus, nisi principes eas regerent, Saxonica domo oriundi. Baruthanos & O-noldinos ad superiora in principum collegio loca euexerunt gentilitiae natales, non uero Noricus Burggrauiatius. Sic ex iisdem rationibus inter nobiles Landassios nulla praecedentiae iura praediis hodieque adhaerent: sed nobilis nobili antefertur aetatis, muneras, dignitatis ergo. Idem quondam iuris inter ipsos principes imperii. Ego ex his causis neque Querfurtensi inter Saxoniae duces: neque Sulzbacensi inter Archipalatinos loca inuididerem, quamuis recentiores hi principatus ea non mereri uideantur. Quid uero de Sueciae Daniae-que regibus? quorum delegati Pomeraniae Hol-satiaeque causa inferiora subsellia tenent. Facile est ad respondendum, non regnum apices hic in censum uenire, sed rationes parum in curia feudali. Difficilior forte scrupulus in Austriacis. Ego uero uix aliud argumentum reperio, qua-re Austria, de aliis enim taceo, Bauariae anteferatur, palmes stirpi, quam honorem fastigii imperialis. Ar-chi-

45 (25) 50

chiducis uerbum controversiam uix decidet, multo
minus Austriaci regni, a tempore Friderici II. & cepe-
tita memoria. Sed alii etiam principes diuersum
tamen ordinem habent, diuersorum causa principa-
tuum, in comitiis? Ego putarem, ceterorum pa-
rum aut nihil interesse, siue Archidux illico Tiro-
lense uotum, liceat sic loqui, Austriaco annexat
siue inferius id dicat ex interuallo. Si principes ipsi
in comitiis praesentes essent, ea forte nunquam in-
troducta fuisset diuersitas. Cessaret etiam quaestio,
si, quod supra scriptum, uota aestimarentur magis,
quam numerarentur, loquor stylo curiis attempe-
rato. Ex eo autem tempore, ex quo in comitiis
suffragia primum numerata sunt; deinde augeri
coeperunt pro numero territoriorum; post osfi-
bus fundi, non gentilitiae dignitati possessoris illa
adhaerere, creditum fuit; denique inter eiusdem di-
gnitatis proceres in itu & reditu stabilis ordo esse,
coepit, quod, noua uoce, praecedentiam dicunt, re-
pristinis seculis in Germanis ignorata: non potuit
non principatum nouorum dominis quaestio moueri,
neglecta parum ratione gentilitiae dignitatis.
Utinam illis, penes quos auctoritas est, lites hasce

Decidendi, in promptu semper esset diuersa diuer-
sorum temporum facies in iuribus publicis imperii.

§. XIX. Multi non intelligunt, cur usu in re-
gnis quibusdam receptum sit, principem heredita-
rium cognominare aliquo principatu. Vera cau-
sa haec est. Indignum regibus est uisum uel Cae-
sar is uel regis alterius agere clientem. Inde rex
Galliae cum Delphinatum acquisiuisset, feudum
regni Arelatensis, substituere maluit principem, als
den Lehenstraeger, quam ipsus audire uasallus im-
peri. Hoc directi in Delphinatum dominii argu-
mentum rex Galliae Germanis toties tribuit in
memoriamque reuocat, quoties unigenam suum
adpellat Delphinum. Ex iisdem causis Angliae
reges filios dixerunt principes Normanniae aut
Wallisorum, pro temporum diuersitate. Abso-
num est, alios hanc consuetudinem aemulari uelle,
quibus tamen ratio illius deest. Quasi in his cogno-
minibus aliquod eminentiae lateret arcanum. Sue-
clae rex haud dubie hac causa uteretur, si heredem
suum uocaret Palatinum, aut Pomeraniae ducem.
In iisdem moribus prodeisset Daniae regi Holsatia.
Quod si hoc facerent reges, imperii uasalli, contro-

(27)
uersiae faciliores essent, quae imperatori nostro in
renouatione investiturarum cum illis intercedunt.

§. XXIII. Aliam grammaticam scholae, aliam
curiae esse, qui quis intelligit, qui adpellationem eius-
dem saepe uocis unam esse uidet, significatus uero
prosul diuersos. Inter desideria itaque iuris publi-
ci in Germania lexicon habeo, hunc in finem a pe-
rito doctore consecutum. Nam Goldasti, Wehneri;
Rudigeri; Speidelii; Besoldi; Dietheri; Fritschii alio-
rumque, si qui sunt, indigesta moles confundit ma-
gis, quam docet lectores, accuratiori disciplina iuri-
um Germaniae non instructos. Wendelinus; Ly-
dius; Speelmanus; Lindenbrogius; Schriekius; Be-
canus; Barthius; Beermannus; Martinius; Menagius
Vossius; Poxhornius; Loccenius; Rudbekius; Meri-
cus Casaubonus; Hottomannus; Hoffmannus;
Meierus Bremensis, & qui principio nominandus e-
rat Fresneus pluresque alii nostra cum peregrinis
confundunt, nullo temporum ordine. Ego futuro
auctori has leges dederim, quibus singula uerba de-
beat adstringere. Principio patria a peregrinis sepa-
ret, cumque Iberia, Gallia, Britannia, Belgica, Lon-
gobardica, septentrionalia item regna cum Germa-


(18) 50

niciis gentibus magnam affinitatem habeant, hi scri-
ptores quidem consulendi sunt, commiscendi uero
haud quaquam. Deinde in ipsis etiam Germanis di-
stincte incedendum. Duobus speculis omnem Ger-
maniam ullo tempore uixisse, inter nugas bullatas
habeo. Saxonica itaq; iura a Boicis, utraque a Suevi-
cis, Francicis ceterisque separanda sunt, atque in sin-
culis hisce rebus publicis sigillatim agendum. Post
gum Germanici imperii diuersissima interualla sint,
aeuirationes habeat. Carolingica; postcarolingi-
ca; Ottonina; Henriciana; Fridericana; interregni
tempora & quae sequuntur in classes digerat & mi-
ram iurium ac uocum habebit diuersitatem. Quan-
do demum scriptor eo deuenit, ubi iuris Canonicis
Romanis Longobardici uestigia se ostendunt: tum
demum artes attendendae & indicandae sunt, ut
constet, quid sibi debeat patria, quid peregrinis. Ma-
gni, credite, non tamen infiniti laboris est, spartam
hanc exornandi feliciter. De conatu Schilteri at-
que schedis illius alibi scripsi. Exigit is labor uirum
~~uulnorum~~, historicum & iuris publici priuatique, Ger-
manici maxime, consultum.

§. XXI. Quid uocabula sibi uelint, manu; no-
bilis

bilis; nobilis seruus; miles ~~nobilis~~; eques; n. bilis dominus, edler herr; baro, freyherr; semperfrey nemo ausus est certo definire. Ego e diplomatum doctrinis rem ita expedio. MANN possessorem quamvis ignobilem notat praedii peculiaris, quo ipso ab agricola differt, qui alieni quondam praedii colonus fuit. NOBILIS principio audiit homo liber peculiaris praedii possessor; post seruitutibus in Germania fere sublatis, libertati solennis declaratio dignitatis & natalium accessit, qua olim opus non fuerat. Inde prouoco omnes, qui aliter sentiunt, ut exemplum afferant, unde constet, ante tria aut quatuor secula imperatorem nobilitasse, dass man einen ei-nen Adelbrieff ausgesertiget. SERVVS NOBILIS aulicum: miles nobilis militare munus additum habuit. Quod genus nobilium uasalios habeo, reliquos non item: EQVITI uero non tantum munus fuit; sed etiam honor & dignitas cinguli militaris. Atque hoc demum frequentissimum in omnibus aeu*m* monumentis, Ritter machen; Ritter schlagen. Hactenus gradus gentilitii: nunc ad ordinem diuersum ipsum rum praediorum. Nobiles enim cum omnes sub iurisdictione essent comitum illi demum, qui inde singulari

gulari priuileg. o clemti fuerant DOMINI dicuntur
aut nobiles domini EDLE HERREN. Hi, si reliquaet-
iam onera ipse princeps eis remiserat, FREYE HERREN
dicimeruerunt. In his paucissimos offendō, quos
Caesar priuilegio muniuerat, ut, si quae in imperio
praedia emerent, ea ipsa exenta essentia iurisdictione
missorum aut comitum prouinciarum per uniuersum
imperium. Inde Semperfreye idque cum addita-
mento des Reichs Semperfreyen sunt appellati. In
quorum numero post Limburgenses, Westerbur-
genses, Leiningenses, nonnisi paucissimos reperi-
mus. Quantum uero momentipendeat ex uero ho-
rum uerborum intellectu: illi demum sentiunt, qui
in juris feudalis aut publici controuersiis uel docen-
dis uel diuidicandis uersantur. Duobus abhinc se-
culis ignorantia uetus statis, quae ipsas etiam curias te-
nuit omnia commiscauit, ut, quid dicant, quid scribant
nominentque nec usu neq; ratione cognitum habe-
ant. Neque enim raro accidit, ut illi, qui in literis bul-
latis, ihren adels briessen uerba legerant, ritter, edel,
edler herr, quaererent ex me, quid honoris secum hi
apiēes ferrent: sibi, praeter taxae modum der Canz-
ley gebühren, qui in singulis diuersus sit, nihil
ea de re conscient esse.



00 A 6428


ULB Halle
002 927 87X

3



86

VD17





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres



75.53. 22
Q. D. B. V.

PARADOXA IVRIS, MAXIME PVBLICI,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE,
DNO PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPÆ PORVSSIAE,
REGIS SUPREMO CASTRORVM PRAEFECTO
ET HVIVS DVCATVS VICARIO,

DIRECTORI INSTITUTVM
IOAN. PETRO Sudefwigi
POTENTISS. PORVSSIAE REGIS CONSIL. IVRIS PROE.
ORDIN. ET ARCHIVARIO HVIVS DVCATVS,
PATRONO AC PRAECEPTORE SVO, OMNI HONORIS
CVLTV DEVENERANDO

RESPONDEBIT
IOAN. PHILIPP. SEYBERTH,
NASSOVIVS.

AD D.

MART. c^o 1000

HALAE VENEDORVM
TYPIS JOH. IAC. KREBSII, ACAD. TYPOGRAPH.